Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



118

uuuendo quod non fuit. Non est omnino uituperandum. ne dum quisq;
corripitur contumelias inferat. sed ne uacuus ad odium peior fiat. Ca
uendum summopere est. ne immoderate linguam loquacitas prouocat.
eamq; ad iaciendam obtrectationis extendat. ne odium malitiam excitet
& usq; ad iaculum maledictionis inclinet. Hinc salamon ait. Argue sapientem
& amabit te. insipientem. & adicit odisse te. Qui diligit disciplinam. di
ligit sensum. Nam qui odit arguentem se stultus est. Sed quia apls ait.
Corripite inquietos. consolamini pusillanimes suscipite infirmos. pacien
tes estote ad omnes. necesse est. ut hic pia patrum correptionis ponamus
exempla. Offendit aliquando frater in congregatione & expulsus est
foras. Expulsus autem de congregatione. misit se in carectum & flebat ibi.
Contigit autem ut alii fres euntes ad abbatem pastorem. audierunt eum
ploantem. Qui descendentes ad eum. inuenerunt eum magno labore
constrictum. Et rogauerunt eum. ut ueniret ad senem illum solitariu. & n
adquieuit dicens. In hoc loco moriar ego. Venientes autem fratres ad ab
batem pastorem narrauerunt ei de eo. & rogauit eos. ut uenirent ad eu di
centes. Abba pastor uocat te ad se. Quod cum ei dixissent. perrexit ad eu.
Et uidens eum senex afflictum. surrexit & osculatus est eum. & ad gau
dens ei rogabat ut sumeret cibum. qui et ita fecit. Fiat inter rogauit ab
batem pastorem dicens. Feci peccatum grande. & uolo triennio penitere.
Dixit autem ei abba pastor. Multum est. Et dixit ei frater. Iubes unum
annum. Et dixit iterum senex. Multum est. Qui aut psentes erant dice
bant. Usq; ad xta dies. Senex iterum dixit. Multum est. Et adiecit di
cens. Ego puto. quia si toto corde homo penituerit. & non apposuerit
facere iterum unde penitentiam agat. etiam triduanam penitentiam
suscipiat deus. Interrogauit abbas ioseph abbatem pastorem dicens. Quo
modo opus est ieunare. Et dixit abbas pastor. Ego uolo. ut cotidie qs
manducans. paululum subtrahat. sibi ne satietur. Et dicit ei abbas io
seph. Ego quando eras iuuenis. non ieunabas biduanas. Dixit senex.
Crede mihi. quia & triduanas. & ebdomodam. Sed hec omnia probaue
runt senes magni. & inuenerunt quia bonum est cotidie manduca
re parum sibi subtrahentes. & ostenderunt nobis uiam hanc regulare.
quia melior est & facilis. De zelo pastoralis offi
cio. Zelus spiritalis zelus. tit. xl. ii.
Omnis doctoris animum frigit. quia ualde cruciatur. dum infirmos
quosq; aeterna deserere rebus temporalibus delectari conspicit. Nullu